



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

etiamsi habeat multos thesauros, si non amat, est pauper. Quia amat, est dives in paupertate: qui non amat, est pauper in divitiis. Ecce modum descendendi, volens congerendi thesauros, Amare. Ama, & hoc latine. *Amo Amorem*, neque aliud, volo, quam amare, & amari, non à mundo, aut à creatura, sed Deo solo.

CONSIDERATIO XLIV.

AMOR DEI,

Amor CHRISTI,

Sublevar Amorem in Deum, sed mediante amore Christi. Audi Apostolum? *Vos Christi, Christus Dei.* Vos estis Christi, 1. velut servi ipsi donati à Patre. *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam.* 2. ut servi redempti sanguine ipsius. *Enjti ipse pro magno.* 3. ut servi debiti dignitati ipsius Personae. Ergo toti sumus Christi, tanquam finis proximi & intermediati, debemus à Christo sumere amoris nostrum proprium, amando sacram illam Humanitatem sacrum corpus, illam sacram Animam.

O Amor Dei, amor Christi! Doctrina tradita est in oraculo ipsius Christi; *Pater amat vos, quia vos amastis* Job 16. Ecce ut ab Amore Christi hinc ascenditur ad Amorem Christi Dei, secundum Apostolum, prius est regnum Christi regno Dei: & regnum Christi est amare, & amari à Christo: & regnum Dei amare, & amari à Deo.

Hinc idem Apostolus fulminat hanc gravem peccatam contra peccatores, 1. Cor 16. *Qui non diligunt Dominum IESUM, anathema sit, segregatus à numero Beatorum in hac vita, sicut in altera separatus erit a numero Beatorum.* Quia qui recedit à medio, impeditur à fine.

CON.